

5.

Epistola domini Pauli de Bernardo ad Bonifatium de Carpo^{a)}.

[Vat. c. 108 r; Vi. cc. 342 v-343 r; M. c. 186; L. c. 103].

Detulit michi communis socius N. his diebus epistolam tuam gratam et placidam, atque, ut verum fatear, stili novitate conspi-
cuam, ad quam si non respondeo pari gressu, parce, precor, igna-
vie mee, parce impericie, queso, quippe qui semper in versibus
vitam egi, necdum metrum aliquod texere didici. Que res in te
michi stuporem maximum generat, qui ab ipso rerum initio stu-
dium omne perosus, ut pote qui lubrica sorte versatus es, tantum
cirrei pectoris hausisti, a non longo tempore factus vates. Verum
10 cum solertiam ingenii tui ceterasque dotes considero, quibus te
natura fecit conspicuum, obmutesco penitus, et mecum dicere co-
gor: ingens vir et admirabilis hic, potens opere et sermone, et
quod rariss contigisse video, multiplitium rerum varietate decorus.
Pro his autem quantum Deo tenearis ad gratias, quantumque pa-
ciens ac letus tollerare debeas emergentia in miseria huius vite,
scio ego, sciunt et multi, cum quibus natura non aliter quam cum
belluis dispensavit.

Ceterum pro re paucis respondeo, nam et tempus et tedium
rerum, que varie agitantur in orbe, ad silentium me coercent, et
20 omittens plurima que circa laudes et extollentiam mearum rerum
diserit epistola tua, quarum ego satis sum conscient, et tu etiam
nosti, non dubito, licet amor in hac parte iudicium tuum distraxerit,
ad illud venio, quod me oblitum asseris tui, quodque erumnarum
ego tuarum non compatior, ut deberem, pristini amoris lenociniis re-
censis. Accipe ergo, et ex paucis plura concipiens, ed summam
tene nil minus esse me tecum, quam quandam fuerim, nilque mi-

^{a)} Cfr. a pagg. 74, 96-8, 147, 148, 151, 160.

¹ Bonifacio de Carpo civi Mutinensi ducatus Veneciarum scribe viro singu-
lari, *Vi. M. L.* ³ *M. L.* placitam. ⁴ [parce] *M. L.* aggiunge primo. *M.*
queso. ⁶ *M.* metris. ⁹ *Vat.* circey [cfr. Petrarca *Epist. metr.* II, 2]. a] *L.* ut.
Vi. longe. ¹¹ *Vi. M. L.* conspicuum fecit. *M. L.* dicere me-
cum. ¹² [ingens] *L.* en. *L.* mirabilis. *Vi.* ope. ¹⁴ *M. L.* quantum-
cumque. ¹⁵ *M. L.* debes. ¹⁸ [re] *Vi.* te. ²⁰ *M. L.* excellenciam. ²¹ *Vi.*
M. L. dixerit. ²² *tuum*] *M. L.* om. ²³ illud] *Vi.* id. ²⁵ *M. L.* concipies.
²⁶ *Vi. M. L.* fueram.